

**CAL.** *Spatha* ovato-acuta, integra, rumpens, caduca, includens *Amenta* plurima, fasciculata, teretia, pendula, parallela, pedicellata, altissime imbricata, squamis vel *Receptaculis* staminum copiosissimis, turbinatis, compresso-tetragonis, obtusis, supra lineam elevatione notatis, tandem duplici foramine dehiscētibz.

**COR.** nulla, nisi Calycis squamas dicas esse, vel Nectarii squamas.

**STAM.** *Filamenta* duo, capillaria, brevissima, singula ex singulis foraminibus squamarum calycinarum. *Anthere* oblongæ, tetragonæ, parvæ.

\* **FEMIN.** penduli, forte solitarii ex axillis ut Masculi; sed si solitarii, an geminis pedunculis pendeant, nescio. *Pedunculi* digitales & ultra.

**CAL.** *Spatha* forte ut in Masc. nam h. t. cecidit, includens *Amenta* quatuor, patula, nucantia, teretia, masculis crassiora, digiti minimi manuum instar, altissime imbricata germinibus nudis.

**COR.** nulla.

**PIST.** *Germina* plurima, imbricata, compresso-quadrata, obtusa, tomento tenuissimo obvoluta. *Styli* solitarii, brevissimi. *Stigmata* obtusa, lacera, subcapitata.

**PER.** *Capsula* Germinis forma & figura, unilocularis, vix dehiscens, separato cortice a femine tamen distincta.

**SEM.** solitaria, oblonga, compressa, parva.

lynceis oculis alii lustrent ulterius partes fructificationis, certe minimæ sunt & tenuissimæ.

*Color Femin.* incanus a tomento. *Masc.* luteus; sicci evadunt atrii; novi proprii & singularis sunt Generis.

**XXVII. 168. SANGVIS DRACONIS:** Jag finner at vår Sanguis Draconis Occidentalis är af samma, som Orientalis; men särskildt Species, och torde dess character vara sådan:

**CAL.** *Perianthium* monophyllum, tubulatum, basi obtusum, quinque-dentatum.

**COR.** papilionacea, calyce duplo longior. *Vexillum* ungi oblongo; lamina subrotunda. *Alæ* lanceolatae, vexillo breviores.